



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula literarum testimonialium pro prima tonsura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Formula literarum testimonialium de bonis publicatis, ad quorum titulum quis ordinandus sit subdiaconus.

ATestor ego P.N. Parochus loci N. inter missiarum solennia, dum frequens ad esset populus, me denunciaſſe N. promouendum fore ad sacram subdiaconatus ordinem, ad titulum patrimonij, seu honorum censuum ve infraſcriptorum valoris anni vt si quæ ſubeffent fraudes, seu fictions, eo praefcripto deferrentur; Neque hucusque quidquam contrarium delatum fuit, quin ad eorundem honorum & censuum titulum ordinari poffit. In cuius rei fidem &c.

Formula Delegationis pro informatiōnibus de moribus, & examine de scientia promouendotum ad ordines extra diocesim.

Carolus &c. Dilecto nobis in Christo N. salutem in Domino. Cum pro parte Reuerendi N. Clerici Mediolanen. iſtic in Romana Curia degentis expositum fuerit, se in ista ciuitate ad ordines promoueri cuperem, velleque ſuper hoc a nobis ex sacri Tridentini Concilij decreto dimiſſoriales literas: Nos illius honesto ac pio desiderio annuere volentes, de tua singulari prudencia, doctrina, ac integritate plurimum in Domino confisi, te his nostris literis deputamus, ac noſtras tibi vices in hac parte committimus, quatenus tu, adhibito tecum uno ex Reuerendis in vrbe iſta Illustriss. & Reuerendiss. D. Vicarij Sanctiss. D. Noſtri examinatoribus, ipſum N. ſupra scientia, vitæ ac morum probitate, juxta sacri Tridentini Concilij praefcriptum, ad ſacros ordines diligenter examines: tuasque ad nos quamprimum de eius idoneitate, peritia, ac integritate literas transmitti curabis. In quorum fidem &c.

Formula literarum dimiſſoriarum ad ordines.

Carolus &c. Dilecto nobis in Christo Reuerendo N. (addatur ordo,

quo initiatus est) Mediolanen. salutem in Domino. Tibi de legitimo matrimonio, ut nobis conſtat, procreato, cuius vita & morum probitas per testificatio-nes nobis factas comprobantur; quique etiam per examen ab Illu. & multū Reuerendo D. N. adhibito ſecum uno ex Reuerendis Dominis examinatoribus iuſſu noſtro ſpecialiter factum, idoneus nobis renunciatus fuisti; ut a quocunq; catholicō antiftite, gratiam & communionem sanctæ ſediſ Apostolicæ obtine-te, in vrbe iſta de Illustriss. Vicarij conſenſu ad ordinem (ſi promouendus fit ad ordines maiores addan-tur quæ ſequuntur, ſecus omittantur) ad titulum patrimonij tui, [vel] benefi- ciij ecclieſiaſtici, de quibus nobis legiti-mè conſtat; liberè ac licetē ſeruata for-ma ſacri Concilij Trident. promoueri possis & valeas, facultatem cedimus ac impartimur. In quorum &c.

Formula literarum testimonialium pro prima tonsura.

Carolus &c. Vniuersiſ preſentes li-teras inspecturis fidem facimus, & attestamur, quod nos hodie Sabbato quatuor temporum ge-neralem ordinationem in Eccleſia noſtra Metropolitana Mediolanenſi cele-brantes, Dilectum nobis in Christo N. ſcholarem noſtræ Mediolanenſis dioceſis, de legitimo matrimonio die mensis N. anni na-tum, examinatum, & probatum, ad pri-mam clericalem tonsuram ritè promo-uiimus, & clericali charactere insigniui-mus, clericalique militiae, ac Eccleſia ſ. N. adſcripſimus. In quorum fidem preſentes literas ſigillo Archiepifcopa-li Sancti Ambroſij, & Cancellarij noſtri Archiepifcopaliſ ſubſcriptione mui-nitas fieri iuſſimus. Dat.

Formula literarum testimonialium pro ordinibus.

Carolus &c. Vniuersiſ preſentes li-teras inspecturis fidem facimus, & attestamur, quod nos hodie Sabbato qua-tuor temporum in Eccleſia

O . . . fia